

M I M

1 6 4 8

~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glauchensis

ΕΠΙΘΑΑΑΜΙΑ

In solennem Nuptiarum Festivitatem

VIRI

*Excellentissimi, Consultissimi ac Clarissimi***DN. PHILIPPI JA-****COBI WOLFII, J. U. LICENTIATI,**

Reipubl. Francofort. ad Oderam Syndici, ac

Dicasterij Electoralis, quod est Cüstrini,

Advocati

DN. SPONSI

*Cum Moratissimâ Lectissimâq; virgine***EVA ELISABETHA***Magnifici, Amplissimi & Consultissimi***DN. ERASMI SEIDELII,**

Serenissimi Electoris Brandenburgici Consiliarij

Intimi filia dilectissimâ

SPONSA

Berolini Celebratarum 22. Junij 1646.BEROLINI Ex Officinâ Typographicâ Christo-
phori Rungij, M. DC. XLVI.

IN OMNIBUS
ANNO 1711
D. PHILIPPUS
COPWORTHY
Rector Scholae
D. PHILIPPUS

EVA ERBA
D. PHILIPPUS
D. PHILIPPUS

U. S. P. A. M.
D. PHILIPPUS
D. PHILIPPUS



O

Ecce!

Nemp

Et sicut

Grati

P

E

T

S



ERASMUS SEIDELIUS,

per anagramma
SERVA, DEUS, SIMILES!

Quem Candor, pietas, patriæ quem fidem, in altum
Pridem, evexit amor, MARCHIO quemq; co-
lit,
SEIDELIUS, nostræ ceu gloria magna Thalix,
Eusebii columen nobile, sic Themidos,
Quando Borus facis cum Principe venit, ab oris,
Principe, cui curæ est PAX, populiq; salus;

Ecce! piam, (Dio moderante id Numine,) Natam
Elocat absimili nec pietate Viro.

Nempè solet Pietas hæc præmia ferre piorum,
Ut videant simili pignora honore tori;

Et similes animo, formâ, jungantur, & almâ,
(Copulat & jungit nam Deus ipse,) Fide.

Gratulor hanc tantam tibi, Vir Clarissime, Sortem,
Et, SERVA SIMILES vos, DEUS, oro, diu!
ex animo gratulab.

M. Jacobus Hëlwigius
Præpositus Colon.

Ad clariss. Dn. Sponsum

PHILIPPUM JACOBUM WOLFIUM &c.

Terra Tibi flores, mare Pisces, sidera Cælum,
Sed Sponsam solus dat Tibi, Sponse, DEUS.
Sospiter hanc DOMINUS Tibi, WOLFI, sospitet opto,
Crescat divitijs, Pace, nepote, torus.

M. Petrus Vber Eccl. Marian.

A 2

Votiva

Fortus Nuptialia

In arborem Seidelianam

Vivida frondescens arbor sese exeret, usq;
tempore sat pleno germina amœna ferat.
Seidelius magna est arbor, frondentia spirans,
fructiferos ramos, conjugijq; gerens.
Frugifera est arbor, Fautor quoq; Marchica spargens,
nec non suppeditans intima consilia.
Elocat en rimum fundo benedicat Jova,
arbor ne sterilis sed maneat viridis.
Quod folia & fructus monstrabit in arbore viva
humor vitalis, tot tibi tanta precor.
Vivificet, sic fructificet, se multiplicetq;
arbor conjugij! Seideliana domus
O Deus hanc firmes, arbor ne fracta fatiscat,
ne ramo pereat vis sua: sed maneat.
Frondeat in cœlumq; extendat brachia cuncta,
Conferat æternas Jova salutis opes.

devoti honoris & amoris ergo
devotè fudit

M. Joachimus Fromm.
Ecll. Berol. Nicol.

Ad JURISCONSULTUM; DN; Sponsum.

Qvando fori strepitum resonant Capitolia, quando
Deq; Meo, vel deq; Tuores luditur omnis:
SPONSE! tuam mentem perfundis amore recenti,
Filia SEIDELII quæ prima, reponit amorem,
ceupia fata volunt: SO CERO redeunte, parantur
quæ producta diu, jam connubialia sacra.

Ergo

Ergo iterum noua JURA nouo exercenda marito;
cum Tibi Sponsa fidem *supplex* deponit ad aram,
una Tibi LEX est: SUPPLEX facer esse putatur;
dum nullam intendit litem: comituntia vobis
Omnia sint, animaq; duo vivatis in una,
nil proprium, prater, MEUS ES TU! carmen amoris,
ES, MEA TU! quævis mala commiseratio cordis
subleuet alterius, FELICITER omnia cedant,
sapius alternent dulces pia vota querelæ,
foederis ut vestri sanctissima JURA reposcunt:
Tunc miscebit Amor sua bella pudica labellis
alternis, ac *Nepenthe* geminabit unum,
multiplicata simul veniet benedictio *Pacis*.

Hæc TUA JURA; quibus facilis subscripseris, atq;
faustitèr in thalamum scandens, noua vincula junges:
Sic ò sic, SO-CER O multum gaudente, SO-CRUQ;
VITA, SALUS, SOBOLES vestrum geminabit amorem.

Emblema Juris Conjugum.
(quod Sermonis Nuptial: ante Copul. Thema)

E sacris literis; P. Osee c. 2, 19.

Messias ad Ecclesiam: Sponsus ad sponsam:

Jeh wil mich mit dir Verloben in Ewigkeit.
Jeh wil mich mit dir Vertrawen / in Gerech-
tigkeit / vnd Gerichte / In Gnad vnd Barm-
hertzigkeit: Ja in glauben / &c.

Ex Pythagoræ Aristotel l. i. Oecon. c. 4.

Maritus debet uxori beneficentiam, atq; clementiam,
quia Sponsa ei ad aram, q. *supplex* commendatur.

Honorii & congratulationis gratiâ

M. Georg. Lilius.

SynDiac, Berlinens,

A 3

ad Ma

*Ad Magnificum Dn. Erasmum Seidelium, è Borussia optatò re-
ducem, filieq. amantissima nuptias feliciter
parantem.!*

Illuxit tandem illa dies, quæ sidere clarò
circumfusa nitet SEIDELIANA Domus!
Patria dum Patria plaudens gratatur adesse
PATREM, quem nobis reddidit incolumem,
Prussia, Marchiacæ solida in solatia pacis,
ò firmet sancti hæc dextra benigna DEI!
Ecce inter plausus tot & inter ovantia vota
dicta piè Sceptro quæ FRIDERICE Tuo,
Comitèr excipimus Proceres, compendia regni,
summa Senatorum nomina nobilium!
Vidimus hos inter reducem lætò omine Pompæ
præmisum Augusti Principis, eximium
Seidelium Patriæ decus, ELECTORIS ocellum
Aule consilium, Justitiæ eloquium!
Publica quando agitat Berlinum hæc gaudia, sentit
præcipuos plausus Seidelis ecce domus,
Cominùs acclamat: *Salve pater optime salve*
nostrarum rerum Gloria, spes, columen!
expectatus ades nobis, præsentia Patris
latitia secum fert pia signa novæ:
Cum primis rident thalami sacra corcula casti,
gaudia dum cernunt ritè parata tori,
illa morata etenim tibi *Sponse Philippe Jacobe*
hactenus has calidas elicière preces:
Prussia redde Patrem, quid gaudia nostra moraris?
PRINCIPE venturò *Prussia redde Patrem!*
Cælum subscripsit votis, optata reduxit
Tempora, festivo comoda conjugio:

Ecce

Ecce rosas, violas, calthas & amabile amomum.
 Euphrasiam, myrtum, lilia cum calsijs
 spargit Flora tibi! Benedictio *Seideliana*
 te Sponsum illustri hoc Floris honore beat:
 Salve Sponse tuâ cum *nymphâ Eva-Elisabetâ*
germine virtutum, progenie Eusebjes!
 Gaude de Socerò hóc Gener, & Generò hóc Socer esto
 apprimè mactus! vos Patriæ, Generi
 vivite felices vestro: *Benedictio a vita*
 vos ditet, simili & prole torum repleat.
 Scilicet hæc est summa mei, dum vixero, voti:
 SEIDELIVIGEA VITA, SALUS, SOBLES.

*Votum in honorem optimi Patroni & benefi-
 centissima familia perscriptum*

Johanne Bercoviò Berl.
 ad D. Mari: Ecclesiastæ.

Ad illud Iesaja { II. v. 6. *Habitabit lupus cum agno.*
 65. v. 25. *Lupus & agnus pascuntur simul.*

A *Gna* equidem atq; lupi conjunctio plena pericli est,
 illa metu trepidat; mordicus hic jugulat:
 Miram cerne tamen juncturam hanc, en *lupus agnam*
 intimiore sibi federe consociat!
 hanc pascet, reget & teget, hanc piò amore fovebit,
 sanguine de proprio vivificabit eam,
 Et licet illius jugulum petat ore renidens
 sæpius, agna tamen nulla pericla sibi
 Promittet, morlu sanabit labra salubri,
 atq; lupinum *agnam* coget amare jecur.
 quàm benè prospectum est huic *agna*, dum *lupus* ejus
 est *Pastor-medicus!* salva erit *agna* satis,

ergò

ergo pascuntur simulatq; in pace cubabunt
agra lupus genus & nobile multiplicent.

ita ludebar

Huldricus Betulejus.

Dialogus Mundani & Christiani

De Coniugio.

MUNDANUS.

Hic merus est uisus qui Uxorem ducere gaudet,
Et sanè sane nil rationis habet.

Nam LIBERTATEM, simul & BONA plurima vendit,
Seq. facit miserum prob DOMINE FAMULUM

Nil nisi Livor inest thalamo Lis, verbera, murmur.

Crux, odium, luctus, jurgia, cura, fames.

Hinc vulgò referunt quod sint cum conjugè BINI

Haudq; DIEs lati, Sors miseris misera ab!

Lata venit quando, quando perit illaq; letho,

Cetera sunt NUGÆ, sunt DOLOR atq; LABOR

Imò Romulei pleno quoq; gutture Fratres

Impurum clamant Coniugium esse statum.

CHRISTIANUS.

Desine grande loqui, scio quod sint cædia rædæ
Plurima, magna satis vix numeranda piis.

Tanta tamen tandem BONA sunt in Amore vicissim

Hoc ut nil toto DULCIUS orbe fiet.

Oscula blandisonis, cum dictis, mista labellis,

Libant alternâ CORCULA blanda vice.

Et si quem cruciat morbus vel grandior ætas,

Ex uxor cunctis mox MEDICINA malis.

Sicce maritus habet quo sese rebus in artibus

Soletur, quo se recreet ille malis.

Cui se committat si fortè INIURIA tentat

Cum quâ læretur res ubi salva viget

Dulce

*Dulce PATRIS nomen, nomen MATRIS quoq; dulce
Ante oculos natos ludere quando videt.
Hi sunt post obitum BONA quæis tua cuncta relinvas
Hi sunt qui fallunt tædia longa tibi.
Qui famam servant præclari NOMINIS hi sunt,
Perpetuò in terrâ vivere Teq; jubent.
In quocunq; statu vivas subeunda pericla
Multa tamen tibi sunt, Et toleranda MALA.
AUTOR ut & FACTOR ter maximus ordinis hujus
Imponit nulli Robore majus ONUS.
Mundum non solum (Papa ut vult) sed quoq; Cœlum
Atq; status cunctos implet in orbe torus.
Hoc in tot reges vixerunt ordine, Vates,
Cum patribusq; chorus sanctus Apostolicus.
O sacer Ordo! Deus quem sanxit numine sancto
Quem servare cupit, quemq; juvare studet.
Ergò vel Mundus thalæum, vel Papa malignè,
Insuper & Satanas improbet ipse licet,
Vos tamen ò JUVENES, vos & quæis dura SENECTUS
Casta simul casti vincla subite tori.
Et tu cunctipotens Cœli terræq; Creator
A quo ceu largo fonte BONUM omne fluit,
Hunc tibi Commissum defende, tuere, gubernâ
Ordinem & ò BENEDIC PROLE, SALUTE BONIS.*

Deproperatum sincero cordis affectu

à

JOHANNÉ ROSNERO,
Diacon. Nicol. Berlin.

Quid tibi SPONSE, precer, thalami qui festa celebras?
Quid tibi SPONSA, thori quæ sacra vincla subis?
B Ipse

Ipse DEUS reflexus qui fons est jugis Amoris
Conjugij sacrum firmet amore jugum
Et velut ardenti certant in amore Columbae,
Qualis amor casti Turturis esse solet:
Sic liget uanimes dulcis concordia mentes
Omnes ut Vobis sint sine lite dies,
Tot bona, quot flavis ætas redimitur aristas
Det Tibi Sponsæ DEUS: det Tibi Sponsa DEUS:

Sic ex animo

*M. Albertus Grunzelius, Colo-
niensium Ecclesiastes.*

Sint lachrymæ procul hinc, luctus non turber acerbus
Amplius, ob vacuum, Vir venerandæ, torum
E contra penetrent nova gaudia viscera cordis,
Nam nova nupta venit, nupta petita venit.
De super illa venit, venit ut sit dulce levamen
Curarumq; tuæ fida columna domus
Immò venit vidui consors fidissima lecti,
Conjugijq; simul pignora multa ferens.
Mitte igitur lachrimas & latos porrige vultus,
Grates de memori & pectore solve DEO.
Quod super est, vobis ne onymphis omine fausto
Gratulor, & vestro vota ferò thalamo.
Vivite felices, non in fausto alite juncti,
Haud unquam careat prosperitate domus.
Vivite concordēs, Pyliam superate senectam,
Secedat luctus, flebilis absit Eris.
Et benè cedat opus vestrum; generate nepotes
Multos, utq; sient, fac, DEUS alme, probi.

Hoc

Hoc precor, ex animo; hæc votorum summa meorum,
Subscribat votis ipse Jehova meis.

Martinus Hännischbius
Ecclesie Coloniæ Diac.

An illud

Veterum Hebræorum.

אדם בלא חבר נאמן כשמהל בלא ימין:

Homo sine socio fideli (uxore) est sicut sinistra sine dextra.

ברשה

משל זו עברי זקנו חכמים

פאנשי שם יהודיהם ברבים:

אשר בו למרו אשת אמה

בחר אמן בכל רגע ועונה:

בחכמה פיוזכרת האמנה

לאישו מכצר נבחר חמירה:

ומה נשם טוב שבט ודורים

מחוכרים והאחים מרורים:

שמר חתן חכרת היא כשין

לה פן וחליף חוביו פאת:

וימיה אהב אשת נעורים

ודוריה בלבך שים קשורים:

בכל עת היא לה ימין בצרה

ויוסף יה ימי לכם ארפור:

Ebreos Veteres insignes arte Magistros
Esse, vel hæc sapiens dictio rite probat.
Quando uxor (socio quæ non præstantior alter)
Dicitur esse sui dextera fida viri.

O Verè! hæc auro melior gravibusq; pyropis
Omnibus & gemmis carior hæcce venit
Fida columna tori conjux est fida laborum
Curarumq; domus estq; precum socia.

B 2

Hinc

Hinc miser est vivens sine compare, *manus* turtur
Tum sociâ vacuum tum sine prole domus
Cui credat curas? cui tradat pectoris astus?
Inq; sinum cuius cordis acerba locet?
Inortum baud rumpes triplicatâ cantabile funem
Parq; boum magis ac unus aratra trahet.
Mollis & iliceo suffult a pedamine vitis
Erigit intuitu splendidiore caput
Haud secus, adscitum si fida marito maritum
Et precibus nec non seducitate iuvat
Hæc thalami confors bene fida hæc dextra mariti
Præclarum toto nomen in orbe tenet
Hæcce Tibi dextram, Clarissime Sponse, fidelem
Ambisti sociam, dextra sit Illa precor.
Dextra sit illa domiq; forisq; sit undiq; dextra
Et bene nunc dextras jungite, & ite domum.

Faultæ acclamat: ergo

Charis: Dn. Sponso
accinebat

M. Adamus Spengler,
Gymn: Berl. Rector.

Tristitiæ satis usq; datum est; nova gaudia tandem
Sponse fove & grâtas experiare vices.
Hem venit alma dies, tibi quæ socialia præbet
Fœdera, & hæc fato feliciora dabit.
Sic tibi detractum nihil est; quas prima tenebat
Dotes, his ipsis Sponsa secunda micat.
Lætor & his facibus mea vota jugalibus addo,
Sit sine lite torus, nec sine prole domus.

Pax;

Pax, sincerus amor, simul ac concordia vestras
Connectat mentes, mens vovet hæcce mea.

M. Petrus Tbesendorff.
Con. Rector.

SEIDELT, Themidis sacrae sacerdos,
Ac nostræ patriæ columna firma,
Quando jam Genero tuo Tibiq;
Collega unanimes Scholæ paternæ
Optant carminibus benigna fata,
Quæ Te præteream meis libellis.
Certè si mihi quis Patronus urbe
In totâ hæc celebrandus esset, alma
Quem fides, pietasq; prisca clarat,
Si quis Juris amans, acerq; legum
Custos, in tenuesq; si benignus
Mecænas meritò vocaris unus,
Ecquis nomina enim tuasq; laudes
Nescit, en Schola nostra fida testis,
Quæ lætè viguit tuo labore:
En Republica nostra fida testis,
Quæ lætè viruit tuo labore:
Tota Marchia nostra fida testis,
Tota consilio tuo salubri.
Pro quibus meritis tibi rependî
Grates non poterunt; Deus rependet;

A 3

Ecce

Ecce primitias pium probumq;
Dum natæ sociat probæ maritum,
Corde queis thalamum precor beatum.

Joachimus Francus Gymn.
Berl. Subrektor.

Ex Prov. Salom. Cap. 31. v. 10.

Illum terq; qvaterq; vocat scriptura beatum! *Syr. 26. v. 1.*
Cui datur in thalamum casta marita suum.
Hæc etenim flavo longè pretiosior auro,
Et vincit gemmas nobilitate sua.
Nititur hæc solâ tutus, gaudetq; maritus,
Hæc est totius fida columna domus.
Te DEUS hoc voluit thesauro, Sponse, beare,
Dum tibi in amplexus, virgo pudica, venit.
Qvæ duros animi novit lenire dolores,
Et verbis blandis cor recreare tuum;
Es felix igitur; talis qvia contigit uxor,
Nil unqvam darier dulcius esse potest.
Vivite concordés, felices vivite, Christus
Conjunxit dælci qvos in amore pares.

Voriges Inhaltes durch ein Sonnet Verdeutschet:

Wol dem! welchem Gott ein frommes Weib bescheret/
Sie ist viel edeler/denn Weiden vnd Demand/
Viel köstlicher denn Goldt/vnd Silber in dem Land'.
Ihro Mannes Hertz darff keck/so lang sein Leben wret/
Wuff sie verlassen sich/denn Gott sie beyd' ernehret/
Mit Segen überhäufft; Sie thut nach Liebes Band
Das beste/das sie kan/vnd heut ihm ihre Hand.
So etken thewren Schatz hat Euch nun Gott verehret

Gre

Herr Bräutigam / die selbst erquicket ewer Gertz /
In schwerer Trawrigkeit erwecket Sie euch Schertz-
Was wolt Ihr bessers Euch wol wünschen hier auff Erden?
Wolan so gebe Gott / daß ewer Heyrath sey
Von aller Trawrigkeit / von allen Sorgen frey.
Was kan Euch lieblicher von Ihm gegeben werden.

Ita animatus gratulabatur

Christophorus Hindenberg,
Gymn: Berl: Sub-ConR.

Gratius flammis fero Sol est cum splendet Olympo,
Gratiosa est cujus suavi pascamur odore,
Est gratus rivus Violaria carula rorans,
Est Philomela suo modulamine grata voluptas,
Est gratum gramen quia prabet molle levamen,
Est gratus somnus fessis sub fronde virenti:
Gratior est nostro Sponso dulcissima Sponsa,
Sole, Rosâ, Rivo, Philomelâ, Gramine, Somno.

VOTUM PROSPERITATIS.

Adsit utriq; bonum, spes sit rata, plena voluptas:
absit utriq; malum, terror, dolor inde facescat.
precatur

Johannes Crugerus
Cant. ad D. Nic. ibid.

Adsint licet, Clarissime
Neonymphæ, docto carmine
Qui comprecantur prospera
Sponsæ, Tibiq; plurima:

Tamen

Tamen minùs nil atq; ego
De plurimùm laudabili
Felicitate gratulor
Isthac Tibi, Deum rogans,
Tuis ut his primordiis
Extrema pòst respondeant,
Quin illa viuant, gaudiis
Et affluas recentibus
Subindè, præsertim tuæ
Fæcunditas quæ Conjugis
Tibi adferet charissimæ,
Sed adferat tot gaudia,
Sed adferat tot pignora
Lecti jugalis blandula,
Vel ipse quot desideras.

Pauci his jambis quaternaria

Neq; amos salutæ

Christophorus Hübnerus

Gymn. Berl. Collega, & ad

D. Mar. Cantor.

Aurea venèrunt ætatis tempora, latis
Quo redijt campis decus, arboribusq; præaltis;
Quo varias florum species, litæ atq; rosarum,
Ruta, ac serpilli cui vis spectare licebit.
Unde salutiferos sibi quilibet arte liquores
Elicit, ut possit languentia membra tebare,
En rosa præ reliquis oculis gratissimus est flos,

Narr



Nam superat reliquos, radiatus Phœbus ut astra.
Suavis odore rosa est, multo medicamine pollens,
Blanda colore rosa est, & Pulchro gratia nitore.
Verum isthac mea, sed tua qua sententia, Sponsa?
Atq; ais: haud nostra est talis sententia, nostris
Longè gratior est oculis rosa, dulcis ELIS A.
Illa oculis pergrata meis SEIDELIA, cordis
Internum no vit scitè relevare colorem,
Hacce salutiferos mihi porriget ore liquores.
ò rosa præ reliquis flos, ò mihi charior, ò Lux.
Ergo diu sospes vigeas, clarissime Sponse,
cum Sponsa, tibi quam servavit Jova benignus.
Fexit is, ut vester florescat germine multo
Hic torus, atq; ferat completo tempore fructus.

Nicolaus Garverus,
Coll. Gymn. Berl.

SONNET.

In so bedrängter Zeit/ von der ich nicht mag schreiben/
Da unser Vaterland sich selber bringt in Quaal/
Und Unglück über sich erhäuffet ohne Zahl/
Spricht mancher frommer Mann: Wer wolte sich beweibene
Das macht die grosse Furcht. Wer mag den ledig bleiben?
Sangt ihr/ Herr Bräutigam an/ wann mich dieß Jammer-
thal
Beerbt/so find' ich Trost bey der/ die manchesmahl
Mein Herr erschrecken kan/ die Sorgen gar vertreiben.
Diß wil der grosse Gott/der Euch den Muth eingiebt/
Dazu bescheret hat dieselbe/die ihr liebt.

E

Dem

Demnach so folget ihm nach, allein seinem Willen/
Gedencket nicht auß Furcht/ was künfftig möge seyn/
Vnd was der nechste Tag mit sich kan bringen ein/
So können ihr gar leicht des Herzens kummer stillen.

Johannes Künemann
Gymn. Berl. Coll.

Dicendus meritò felix est atq; beatus.
Virgine speratà quem Deus ipse beat.
Hoc Neonymphe tibi verè jam contigit ipse
Dum datur ex animo Sponsa petita tuo.
Dum vero tibi gratantes jam carmina fundant
Me pariter decuit dicere vota pia.
Gratulor ergo tibi laetus Vir docte, precorq;
Adsint huic vestro prospera cuncta thoro.
O pro dies felix ac faustus luceat iste
Ducitur in thalamum quo non ova Sponsa tuum
Is qui conjugij Princeps ac Author habetur.
Vos ambos pulchra prole beare velit.
Absit tristis Eris quæ spargit semina lectis.
Adsit vos inter copula verus amor.
Hisce meis votis poseentibus annue Christe.
Qui vis conjugibus semper adesse pijs.

Johannes Joachimus Kemnitz
Berl. March.

VOTUM NUPTIALE.

Nemo sibi solus vivit Clarissime Sponse,
Sed partem PATRIÆ vendicat atq; DEO.

Reffe

Recte ideoq; factis Sponsam quod ducis beneſtam.
Corpore praestantem, moribus atq; piis,
Nec non in signem pietate, fideq; probatam,
Qua prodesse potes TU PATRIÆQUE DEO.
Vive ergo felix multos in Nestoris Annos.
Sed prodesse studens CUM PATRIÆQUE DEO.
Jova Deus multa faciat te prole parentem,
Que Te Quæq; Tuam latificare queat,
Divitia, nec opes, CHRISTI nec gratia desit,
Sit procul omnis ego, sit procul Asmodeus
Quo tandem in caelis Patria est ubi nostra parata
Inſervire Deo sic sine fine queas.

Quod cordicitus optat.

Godofredus Rosnerus

Berl. March.

Hochzeit-Schertz/
Auff des Herrn Bräutigams
Und der J. Braut Nahmen.

L In grimmig wütend Thier/so nur den Word beliebet/
Mit einem Köflein sich in den Kampff beziebet/
Wie wütend auch das Thier/das Köflein immer trabe
Ihm an der Seiten her/ und sich an dem erlabt/
Gewint auch solche Günst/das vor den Word das Leben
Diß Thier ihm außersicht/wil gar ein Reuter geben/
Sie machen einen Bund/das Köflein schweret drauff/
Das Thier greiffes an die Vers/sich wingt sich gar freundlich
So Reutert immer hin /in Gottes Nahmen Reutet/ (auff.
Das Leben werde durch Sanftmütigkeit bereitet.
Was Gott geschworen ist/das bleibet unverrückt/
Biß (Gott verzich' es lang) der Todt die Sehne zückt.

Ludewig Meßing.

Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including names like 'DR. PHILIPPUS' and 'CORPUS'.

D
CO
US
c

D
R



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclā in Raciburo.
cum gradum Magistrū nancisceret Decano
M. Thoduro Eberta 17 Calend. Maij
A. 1624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quō Deus Autor,
Quō te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus
Neminis atbetici, fortiter expedies.

Ambuet etantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator calicus ille, tuam.

Seminiū Disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille suprag ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! verā pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quōs sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te ruptā tumbā revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosiā rursūm te pascam & nectares quare

Magna cape astrati pramia, carpe, pōli.


Hoc penitis animi penetrabilibus coto, precordj


JANE mihi multo n nomine ebare! **VACE.**

ULB Halle
002 062 674

3







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

57

AA A M T A
otiarum Festivitatem
R I
ultissimi ac Clarissimi

LIPPIJA =

J. U. LICENTIATI,

ad Oderam Syndici, ac

alis, quod est Cüstrini,

lvocati

SPONSI

Leetisimaq; virgine

SABETHA

isfimi & Consultissimi

M. SEIDELII,

Brandenburgici Consiliarij

a dilectissimâ

ONSA

tarum 22. Junij 1646.



inâ Typographicâ Christo-
M. DC. XLVI.

53